

IX.

Revisio Lichenum Meyenianorum

i. e. Lichenum a cll. Meyen et Flotow in Act. Acad. Leopold. Nat. Cur. 1843 vol. XIX Suppl. I p. 209—232 editorum.

Auctore
Dr. J. Müller Arg.

Series sequens Lichenum et numeri citati eadem sunt ac in opere citato. Specimina in herbario Reg. Berolinensi asservantur.

1. *Usnea australis* var. *sorediifera* Mey. et Flot. ex insula Oahu Sandwich. est *Usnea barbata* var. *scabrosa* (Ach.) Müll. Arg. Lich. Nov. Gran. n. 20.

Usnea australis Mey. et Flot. l. c., non Fr., verietares novas 2 offert:

α. *Usnea barbata* var. *torulosa* Müll. Arg., erecto-caespitosa, rami rigiduli, cylindrici, subfastigiatim ramosi, teretes, obsolete et parcissime papilloso-asperuli, primo intuitu laeves, rami validiusculi, ramilligeri, ramilli flexuosi et leviter torulosi, caeterum teretes v. levissime scrobiculato-inaequales, superne pallidiores et obsolete farinulenti; apothecia 5—7 mm lata, dorso nuda, margine parce et irregulariter ciliata; discus virenti-lacteus. — Ab *Usnea barbata* v. *cornuta* differt superficie fere omnino laevi et ramillis toruloso-inaequalibus. — In insula sandwicensi Oahu: Meyen.

β. *Usnea barbata* var. *angulosa* Müll. Arg., erecto-caespitosa, subfastigiatim ramosa, crassa, rigida, rami et ramuli paullo compressi et tota longitudine leviter foveolato-angulosi, ceterum superficie laeves aut parcissime et tenuiter papilloso-asperi, apothecia 6—10 mm lata, dorso laevia, subobsolete ciliata, discus virenti - lacteus. — Juxta precedentem var. locanda. Rami more Ramalinae testudinariae angulosi sunt sed fere teretes, undique rufo-fusci. Sporae ut in praecedente 8—11 μ longae, fere

omnino globosae. — Prima fronte ob ramos rigidos paullo compressos et undique foveolato — angulosos speciem distinctam simulat, sed etiam in var. praecedente et in var. cornuta haud raro vestigia hujus characteris, depressiones angulosae plus minusve manifestae occurunt et planta mediante var. *torulosa* optime cum var. *cornuta* specifice conjungitur. Apothecia caeterum cum ambabus et cum var. *aspera* convenient; sporae non differunt. — In insula sandwicensi Oahu: Mey.

2. ***Usnea articulata*** Mey. et Flot. l. c., non Fries, e Rio de Janeiro, est ***U. barbata*** var. ***aspera*** Müll. Arg., sc. *Parmelia coralloides aspera* Eschw. Brasil. p. 227.

3. ***Usnea barbata*** var. ***hirta*** Mey. et Flot. l. c. e Chili, est ***U. barbata*** var. ***florida*** Fr., valde macra et sterilis.

Usnea barbata var. ***rubiginea*** Mey. et Flot. l. c., ex insula St. Helena, cum allatis synonymis quadrat.

4. ***Evernia stellata*** Mey. et Flot. l. c. e Peruviae monte Pisacoma est insignis Lichen, quasi medium tenens inter *Theloschistem flavicantem* et *Th. parietinum*: ***Theloschistes stellatus*** Müll. Arg., thalli laciniae in caespite depresso intricatum ramosissimae, firmae, planae, subtus subconcavae, supra laeves, e cinereo fulvo-aurantiacae, subtus (madefactae) vitellino-allidae, semper discolores et longitrosum lacunoso-costatae, apice abbreviatim subpalmato-multifidae, divisiones primariae basi 5—10 mm latae, superiores gradatim angustiores; apothecia submarginalia et spurie terminalia, tota semper cum pagina superiore thalli concoloria, novella exigua obtuse prominenter marginata, mox autem immarginata et convexa, evoluta 3 mm lata et elevato-sessilia; sporae in ascis angustis apice valide pachydermiis subuniseriales, oculiformes et hyalinae, late ellipsoideae, 11—12 μ longae, 8—10 μ latae.

5. ***Evernia flavicans*** var. ***crocea*** forma ***maxima*** Mey. et Flot. l. c. e Chili, est ***Theloschistes flavicans*** β *intermedius* Müll. Arg. Lich. Socotr. Similis normali et glabrae plantae speciei, sed ramilli ultimi nigrati ut in tenuiore et puberula var. ***melanotricha***. — In America meridionali late distributa est atque in insula Socotra obvenit. — Nomen „*maxima*“ nimis inconveniens pro varietate non est anteponendum.

Evernia flavicans var. ***crocea*** forma ***tenuissima*** Mey. et Flot. l. c. e Peruvia sit ***Theloschistes flavicans*** γ *tenuissimus*; tenuis est ut var. ***melanotricha***, sed glaber v. saltem non tomentellus.

Evernia flavicans var. ***pubera*** Mey. et Flot. l. c. e Peruvia, non est planta Achariana synonymi allati, sed eadem ac praecedens pro majore parte decolorato-albescens et hinc inde in ramulis farinoso-pulverulenta, non villosula et ramuli ultimi aliter divisi. — Rarum *Theloschistem flav.* var. *peruensem*, s. *Borreram puberam* var. *peruensem* Ach. Syn. p. 224, tenellam, croceam, et vere hispidulam, in apice ramillorum breviter

substellatim digitato-ramilligeram e Peruvia (ex hb. Boinetiano) habeo. — **Evernia flavicans** var. **melanotricha** Mey. et Flot. l. c. (1843) e Rio de Janeiro est notissima *Borrera acromela* Pers. in Gaudich. *Uran.* p. 208 (1826), vel **Theloschistes flavicans** var. **acromela** Müll. Arg. *Lich. Nov. Granat.* n. 40, sed Mey. et Flot. anno 1843, plantae antea specifice distinctae, praetervisae aut non praetervisae, sub varietatis titulo nomen novum imponere certe potuerunt et eorum nomen „*melanotricha*“ inde ab anno 1843 pro hac varietate *Theloschistis flavicantis* prioritate gaudet. Sit ergo **Theloschistes flavicans** var. **melanotrichus** Müll. Arg. Si planta specifice distincta esset tum nomen „*acromela*“ anteponendum fuisset.

6. **Evernia villosa** Fr., Mey. et Flot. l. c., e Peruvia est **Theloschistes villosus** Norm. Conat. praemiss. gen. *Lich.* p. 17, forma sat tenuis at vix distinguenda; in Peruvia caeterum specimina normalia hujus speciei etiam occurunt et ibidem intermediis connexa sunt.

7. **Evernia americana** Mey. et Flot. l. c., e Chili, est **Parmelia Kamtschadalensis** var. **americana** Nyl. *Syn. p. 387.*

Evernia americana f. **arrhiza** Mey. et Flot. l. c., e Peruvia, sit **Parmelia Kamtschadalensis** var. **arrhiza** Müll. Arg., planta multo gracilior et minor, laciniae confertim dichotome ramosae, siccae $1\frac{1}{2}$ —2 mm latae, subtus margine nudo v. parcissime atro-rhizinoso incurvae, supra modice convexae, divisiones penultimae 1 mm latae. — Non est rhizinis omnino destituta. Laciniae graciles ut in f. *gracili* e Silla de Caracas, sed aliter ramosae et fere arrhizae.

8. **Ramalina digitata** Mey. et Flot. l. c., e Rio de Janeiro (et China, quam non vidi) jam recte a cl. Nylander ad *Ramalinam pumilam* Montg. eodem tempore editam (conf. ad Nyl. *Recogn. Ram.* p. 68) relata fuit, sed planta nihil nisi var. *gracilis* et *tenuius* divisa videtur *Ramalinae geniculatae* Hook. et Tayl.

9. **Ramalina costata** Mey. et Flot. l. c. e Rio de Janeiro jam a cl. Nylander ad *R. gracilem* Nyl. *Syn. p. 296* et *Recogn. Ram.* p. 17 relata est.

10. **Ramalina arabum** Mey. et Flot. l. c. e St. Helena (*Alectoria arabum* Ach. *Lich. Univ.* p. 596) est planta a cl. Nylander *Recogn. Ramal.* p. 15 sub hoc nomine exposita.

11. **Ramalina Eckloni** Spreng. ex Mey. et Flot. l. c. e Chili, quoad specimen alterum est var. **membranacea**, sc. *Ramalina fraxinea* var. *membranacea* Laur. in *Linnaea* 1827 p. 43, s. *Ramal. Yemensis* f. *membranacea* Nyl. *Recogn. Ramal.* p. 47.

Alterum specimen Chilense est **Ramalina lanceolata** Nyl. *Recogn. Ram.* p. 47, similis omnino *R. Eckloni* v. *membranacea*, sed sporae 13—17 μ longae, 4—5 μ latae et omnes v. fere omnes distincte in-

curvae, ambitu paullo angustiores quam in *R. Eckloni*. — Apothecia minora quam in *R. sepiacea* Nyl.

Ramalina Eckloni var. **tenuissima** Mey. et Flot. l. c. e Peruvia distincta est, vix $\frac{1}{3}$ — $\frac{1}{2}$ pollicaris, laciniae basi vix 1 mm latae aut angustiores, sensim tenuiter acuminatae, leviter canaliculato-concavae v. subplanae; sporae 12—14 μ longae, 5—5 $\frac{1}{2}$ μ latae, curvulae, vix omnino rectae, i. e. ambitu paullo angustiores quam in *R. Eckloni* et minus rectae; sit ergo **Ram. lanceolata** var. **tenuissima** Müll. Arg.

12. **Ramalina pollinaria** Ach. ex Mey. et Flot. l. c. e Chili et Peruvia recte determinata est.

13. **Ramalina polymorpha** var. **crenulata** Mey. et Flot. l. c. e Peruvia (Christoval) est **Ramalina complanata** Ach. Lich. Univ. p. 599. — Sporae visae 10—13 μ longae, 4—4 $\frac{1}{2}$ μ latae, rectae v. leviter incurvæ.

14. **Ramalina peruviana** Ach. ? ex Mey. et Flot. l. c. e Peruvia est **Ramalina pollinaria** Ach. Syn. p. 298, speciminula subpellucida.

15. **Roccella tinctoria** Ach. ex Mey. et Flot. l. c., e Chilli, est **Roccella tinctoria** var. **Cumingiana** Montg. in Cl. Gay Flore du Chili.

Roccella tinctoria var. **hypomecha** Mey. et Flot. l. c. (non Ach.), e China (Macao), est **Roccella sinensis** Nyl. Syn. p. 261.

16. **Sticta variabilis** var. **polyschista** Mey. et Flot. l. c., e Manila, pseudocyphellis albis nec cypbellis veris praedita est **Sticta subvariabilis** Nyl. in Flora 1867 p. 439.

17. **Sticta lurida** Mey. et Flot. l. c., e Oahu, est specimen parvulum et sterile **Stictinae quercizantis** var. **Beauvoisii** (Delise) Müll. Arg.

18. **Sticta hirsuta** Montgn., Mey. et Flot. l. c., e Peruviae regione Ariquipa, est **Stictina hirsuta** Nyl. Scand. p. 95.

19. **Sticta exempliata** Mey. et Flot. l. c., e Rio de Janeiro, nil est nisi vulgatissima **Stictina quercizans** Nyl., forma rigidior, ampliuscula, obscura, sc. hujus var. **peruviana** Nyl. Syn. p. 345. Sterilis tantum lecta.

20. **Sticta filicina** var. **orbicularis** Mey. et Flot. (non Al. Br.) forma **pulvinularis** eorund. l. c., e Manila, est vera **Sticta** (nec **Stictina** ut **Stictina filicina**) et **Stictae carpalomoidi** Nyl. Syn. p. 354 adscribenda est. Pulvinuli fusi autem (unde f. *pulvinularis* descripta) a parasitula incompleta formati sunt ex ordine *Collemacearum*.

21. a. & c. **Sticta Richardi** a **impressa** et c **pallida** Mey. et Flot. l. c., e Manila, ex speciminibus Meyenianis inter se non differunt et ad **Stictam dissimulatam** Nyl. Syn. p. 362 pertinent, sed b **tomentosa** eorundem e systemate goniidorum omnino diversa est (vide seq.).

Sticta Richardi b **tomentosa** Mey. et Flot. l. c., e Manila, eadem est ac **Stictina faveolata** var. **cervicornis** Nyl. Syn. p. 337, ut jam antea cl. Nylander l. c. recte monuit.

22. **Sticta crocata** Ach., e Chili, vera est, sc. **Stictina crocata** Nyl. Syn. p. 338.

23. **Sticta limbata** Mey. et Flot. l. c. (non Ach.), e Rio de Janeiro, est sterilis at normalis **Stictina quercizans** Nyl. Syn. p. 345.

24. **Parmelia perforata** a cl. Mey. et Flot. l. c. enumerata varia comprehendit:

Specimina prope Rio de Janeiro lecta, fertilia et sterilia, Peruviana sterilia et Sandwicensia sunt **P. perforata** var. **ciliata** Nyl. Syn. p. 378.

Specimina Chilensia, cum **Parmelia Kamtschadali** var. **americana** mixta, ad **Parmeliam perforatam** var. **cetratam** Nyl. Syn. p. 378 pertinent.

Parmelia perforata var. **ulophylla** Mey. et Flot. l. c., ex insula Sandwicensi Oahu, fructifera, est var. **distincta** sorediifera et omnino analoga **Parmelia perlatae** var. **olivariae**. — Apothecia et sporae convenient. Late distributa est, habeo enim specimina e Mexico, Caracas, Nova Granata, Buenos Ayres, Brasilia, Teneriffa, Nova Hollandia et Nova Zelandia.

Parmelia perforata var. **replicata** Mey. et Flot. l. c., e Rio de Janeiro, eadem est ac **P. perforata** var. **corniculata** Krplh. Lich. Warm. p. 16. Dentes et lobuli tamen in margine apotheciorum siti et plus minusve connivent-i incurvi characterem valde variabilem tantum praebent, alia enim specimina coram habeo ejusdem varietatis, e Mexico, Brasilia, Argentinia et ex insula Java, quorum apothecia nunc omnino margine integra, nunc pro parte integra et pro altera parte incurvo-lobulata, nunc omnia vel fere omnia incurvo-lobulata sunt. Nomen **replicata** ergo non retinendum sed **corniculata**, etiamsi longe junius, pro varietate servandum est.

Parmelia perforata var. **melanoleuca** Mey. et Flot. l. c., ex ins. Sandwich. (an recte?) sterilis tantum adest et determinatio forte non absolute certa, sed specimen adeo cum mea **Parmelia urceolata** var. **nuda** (Müll. Arg. Lich. Beitr. n. 183), e Brasilia, quadrat, ut ad eam non referre nequeam. Comparata ceterum similiter nonnisi statu sterili nota est.

25. **Parmelia perlata** var. **coralloidea** Mey. et Flot. l. c., e Rio de Janeiro, est **P. perlata** var. **isidiophora** Krplh. Exot. Flecht. p. 321 et nomen prius prioritate gaudet. — Thallus supra demum, excepto margine lato, dense isidiosus, apothecia urceolaria, integra, demum dorso minute isidioso-aspera.

Parmelia perlata var. **ulophylla** Wallr., et Mey. et Flot. l. c., e Rio de Janeiro, recte determinata est, sed prioritatis causa **Parmelia perlata** var. **olivaria** Ach. Meth. p. 217 (nomen dein in Lich. Univ. p. 458 et Syn. p. 108 absque necessitate in **P. perlata** var. **olivetorum** mutatum) sit.

26. **Parmelia tiliacea** Ach. ex Mey. et Flot. l. c., e Chili, hodie in hb. Berol. deesse videtur, specimen non vidi.

27. **Parmelia conspersa** f. **polyphylla** Mey. et Flot. l. c., e Peruvia, est forma distincta, similis **P. conspersae** var. **imbricatae** Mass. Exs. n. 313, sed paullo gracilior, pallidior et subtus (nigra) fere omnino nuda v. parce aut parcissime rhizinosa. Sterilis tantum lecta. — Eandem etiam prope Valdiviam in Chili lectam habeo.

28. **Parmelia caperata** forma **crispa** Mey. et Flot. l. c., e Chili, est **Parm. Borreri** var. **ulophylla**, sc. **Parmelia caperata** var. **ulophylla** Ach. Lichenogr. Univ. p. 458, dein **Parmelia rudenta** var. **ulophylla** Ach. Syn. p. 197. Thalli laciniae planiores, lobuli ultimi minus rotundati et infra sub imo margine pallidiores et ramificatio alia quam in simili **Parm. caperata**; margines valde undulati et in acie albido-sorediosi, limbatis, et laciniae magis centrales simul sorediis globulosis majusculis subcaesio-cinereis sparse superficialibus sat crebre ornatae sunt. Planta caeterum quam vulgo firmior est.

29. **Parmelia chrysopthalma** var. **ciliata** Mey. et Flot. l. c., e Chili, est normalis **Theloschistes chrysopthalmus** Tuck. Calif. p. 13.

Parmelia chrysopthalma var. **exilis** Mey. et Flot. l. c., e Rio de Janeiro, est **Physcia exilis** Mich. seu **Theloschistes flavicans** var. **exilis** Müll. Arg. Lich. Nov. Gran. p. 40.

30. **Parmelia leucomela** var. **latifolia** Mey. et Flot. l. c., e Christoval, est **Physcia barbifera** Nyl. Syn. p. 416 (ad margines laciniarum minus copiose ciliigera).

Parmelia leucomela forma **angustifolia** et f. **multifida** (non separandae) ad formam vulgatissimam normalem et primitivam **Physciae leucomelae** Mich. (fide specim. Mich.) pertinent. — Sed var. **angustifolia** Nyl. Syn. p. 415 (non Mey. et Flot.) diversa et multo tenuior et magis canaliculata est.

31. **Parmelia speciosa** forma **angustifolia** Mey. et Flot. l. c., e Rio de Janeiro, a me non visa est.

32. **Parmelia astroidea** Fr. ex Mey. et Flot. l. c., e Rio de Janeiro, fertilis, est **Physcia obsessa** Nyl. Syn. p. 426.

33. **Parmelia livido-fusca** Mey. et Flot. l. c., e Rio de Janeiro, est **Coccocarpia pellita** var. **tenuior** Müll. Arg. L. B. n. 421.

34. **Parmelia appressa** Mey. et Flot. l. c., e Rio de Janeiro, sterilis, est vulgaris **Physcia picta** var. **sorediata** Müll. Arg. Lich. Afr. occid. n. 12.

35. **Omphalodium Pisacomense** Mey. et Flot. l. c., e Peruviae monte Pisacoma, est **Parmelia Pisacomensis** Nyl. Syn. p. 399.

36. **Lecanora Meyeni** Flot. l. c. 1843, e Manila, omnino eadem est ac sat late distributa **Parmelia sphinctrina** Montg. in Pol Sud seu **Psoroma sphinctrinum** Nyl. Lich. exot. Bourb. p. 256.

37. **Lecanora rosulans** Mey. et Flot. l. c., e Pisacoma Peruviae, non differt a **Placodio chrysoleuco** var. **melanophthalmo** Bagl. et Casar. Comment. critt. ital. 2. p. 324, quod in Alpibus editioribus Europae et in Pyrenaeis hinc inde habemus.

38. **Lecanora callopis** Mey. et Flot. l. c., e Manila, est Lichen valde insignis, ad genus **Physcidiam** Tuck. referendus, ubi sectionem distinctam **Callopideum** sporis subellipsoideis 2-locularibus distinctam constituit. [Reliquae species Tuckermaniana, sporis subacicularibus varie transversim divisis praeditae constituunt sectionem **Euphyscidiam** Müll. Arg.]. — Sporae plantae Manilensis ut in *Sperschneidera*, sed thallus placodioideus v. psoromoideus, nec etiam subtus crasse corticatus.

Physcidia (s. **Callopis**) **callopis** Müll. Arg. Thallus circ. 3 pollices latus, adpressus, undulatim longitudinaliter et irregulariter plicatus, non nihil illum „Pannariae erythrocarpae“ Nyl. simulans, subtus non corticatus, medullosus et brevissime hyalino-rhizinellus, oculis nudis glaber; gonidia globosa, viridia; apothecia sessilia, lecanorina, demum 3 mm lata, margo integer, demum valde undulatus, discus fusco-badius, nudus, planus; hypothecium pallide fuscum; paraphyses capillares, subliberae; asci 8-spori; sporae late fusiformi-ellipsoideae, 15 μ longae, 5—6 μ latae, 2-loculares.

39. **Lecanora punicea** Ach., Mey. et Flot. l. c., e Chili, recte determinata, nunc est **Lecania punicea** Müll. Arg. L. B. n. 130. Specimen visum miserrimum est, juvenile, absque sporis, sed habitu tamen bene quadrans.

40. **Lecanora subfusca** var. **castanea** Mey. et Flot. l. c., e Rio de Janeiro, sit **Heterothecium castaneum** Müll. Arg., proximum *H. bifero* (Nyl.) Müll. Arg., a quo differt apotheciorum margine fusco (etiam statu juniore), minus prominente, disco fusco, et sporis 100 μ longis, magis oblongatis magisque multicellulosis. — Sporae visae haud bene evolutae, in ascis, 1—4-nae., morboso-fuscescentes, epithecium fulvescens, lamina fulvescenti-hyalina, hypothecium anguste rufo-fulvescens.

Lecanora subfusca var. **anomala** Mey. et Flot. l. c., e Rio de Janeiro, ad genus **Bacidiam** Auct. pertinet, et eadem est ac *Lecidea hostheleoides* Nyl. in Prodr. Nov. Gran p. 60, jam antea in Lich. Beitr. n. 357 sub **Patellaria** (s. **Bacidia**) **hostheleoides** Müll. Arg. indicata. Apothecia plus minusve evoluta colore sat variant, madefacta nonnihil pallucida, margine saepe obscuriora. Sporae 23—25 μ longae, 2 $\frac{1}{2}$ v. fere 3 μ latae, distincte 4-localares.

Lecanora subfusca var. **pallidivirens** Mey. et Flot. l. c. p. 225, e Manila, proxima est *L. subfuscae* v. *chloronae* Ach. at diversa thallo leviter flavicante, margine apotheciorum levius crenulato, sporis paullo majoribus 15—17 μ longis, 8 μ latis.

Lecanora subfusca var. **coeruleata** Mey. et Flot. l. c. (excl. syn. Fr.) e Chili, nil est nisi normalis **Lecanora angulosa** Ach. Lich. Univ. p. 364.

41. **Leptogium tremelloides** forma **leptophyllina** Mey. et Flot. l. c., ex insula Sandwicensi Oahu, est **Leptogium denticulatum** Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 534.

42. **Leptogium azureum** Fr., Mey. et Flot. l. c., e Manila, bene determinatum, nunc est **Leptogium tremelloides** var. **azureum** Nyl. Syn. p. 135.

43. **Leptogium diaphanum** Fr. ex Mey. et Flot. l. c., e Manila, est **Leptogium tremelloides** Fries var. **isidiosa** Müll. Arg. L. B. n. 374.

Leptogium diaphanum f. **coralloidea** Mey. et Flot. l. c., e Rio de Janeiro, statu sterili tantum lectum, est **Leptogium phyllocarpum** var. **isidiosum** Nyl. Syn. p. 130.

44. **Cladonia pyxidata** forma **tubaiformis** Flk. a. a., ex Mey et Flot. l. c. e Peruvia, bene est **Capitularia pyxidata** var. **macra** Flk. seu **Cladonia fimbriata** var. **macra** (Ach.).

45. **Cladonia pityrea** Flk. ex Mey. et Flot. l. c., e Rio de Janeiro, cum fructu, non est planta Flörkeana, sed **Cladonia fimbriata** var. **adspersa** Tuck. Gen. p. 147, sc. **Cladonia adspersa** Montgn. et v. d. Bosch Lich. Jav. p. 30 pr. p.

46. **Lecidea bullata** Mey. et Flot. l. c. e Peruviae monte Tacora, est insignis Lichen, extus vix a *Thalloidimate tabacino* robustiore distingendus, at sporis omnino aliis, multo majoribus et aliter divisis distinctus est: **Thalloidima** (sect. **Toninia**) **bullatum** Müll. Arg. Apothecia sicca nigra, madefacta pallescentia; epithecium vinoso- v. subviolaceo-fuscum (ut in *Lecanora atra*), lamina fulvescenti-hyalina, hypothecium hyalinum, paraphyses liberae, apice clavatae, crassiusculae; sporae 26–45 μ longae, 4 μ latae, lineari-fusiformes, subrectae, 6-loculares.

47. **Lecidea atrobrunnea** Schaeer., Mey. et Flot. l. c., e Chili, cum planta europaea quadrat. Areolae thalli turgidae; apothecia sicca et madefacta nigra, tenuiter marginata, demum undulato-irregularia; epithecium atroviride, lamina aeruginoso-virens; hypothecium hyalinum at fuliginoso-obscuratum; sporae 7–9 μ longae, 4–4 $\frac{1}{2}$ μ latae.

48. **Lecidea versatilis** Mey. et Flot. l. c., e monte Corcovado prope Rio de Janeiro, hucusque species obscura remanet; fragmenta duo ramuli cujusdam hoc sub nomine recepta Lichenes alias steriles offerunt, non autem Lecideam versatilem.

49. **Lecidea urceolata** Mey. et Flot. l. c. non Ach., e Rio de Janeiro, est **Gyrostomum scyphuliferum** Nyl. in Prodr. Nov. Granat. p. 51. — Sporae parenchymaticae, circ. 35–42 μ longae, 9–13 μ latae, transversim 8–10-divisae, loculi longitrorsum 2–4-divisi.

50. **Lecidea phaeomelana** Mey. et Flot. l. c., prope Rio de Janeiro

lecta, est species distincta ex affinitate *Patellariae nigrofuscae*, *P. intercedentis* et *P. fusco-nigrescentis* Müll. Arg., a quibus jam apothecis mox convexis et immarginatis et colore partium internarum differt: **Patellaria** (*s. Bacidia*) **phaeomelana** Müll. Arg.: Thallus cinereo-glaucus, continuus, laevis, dein rimulosus, demum minute granuloso-asperatus, nigro-limilatus; apothecia $\frac{1}{2}$ — $\frac{1}{3}$ mm lata, valde juvenilia rufo-fusca, mox autem fusco-nigra aut nigra, e plano mox convexa et immarginata, madefacta peripherice fuscescentia; epithecium subviolaceo-fulvescens, lamina hyalina, hypothecium rubricoso-fulvescens; sporae 35—48 μ longae, 3 μ latae, subrectae, saepius 6-septatae, hinc longius angustatae; paraphyses capillares, facile liberae, apice clavatae. — Extus *Patellariam endoleucam* fere simulat, sed apothecia minora, magis convexa et sporae breviores et multo minus divisae.

51. **Lecidea microsticta** Mey. et Flot. l. c., e Peruvia, est **Buellia microsticta** Müll. Arg. Thallus albus v. griseo-albus, depresso- et confluenti-granulosus, laevis, demum farinulentus, effusus; apothecia $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{2}$ mm lata, primum urceolaria, evoluta concavo-plana, crassiuscula marginata, nigra et nuda v. demum farinulento-suffusa, intus subnigra; epithecium fuscum, lamina hyalina, hypothecium hyalino-fuscum v. pallide fuscum; sporae 2-loculares, fuscae 13—16 μ longae et 4—8 μ latae. — Accedit ad „*Lecideam-dioristam* Nyl.“ Lich. Kurz. Bengal. n. 10 nec non ad *Buelliam parasema*.

52. **Megalospora sulphurata** Mey. et Flot. l. c. (1843), e Manila, eadem est ac *Biatora taitensis* Montgn. in Annal. Sc. nat. 1848 p. 126 n 14, seu *Patellaria taitensis* Müll. Arg. L. B. n. 433 obs., unde species nunc **Patellaria** (*s. Psorothecium*) **sulphurata** Müll. Arg. nuncupanda est. — Nomen „sulphurata“ e thallo glauco v. sulphureo-glauco, intus autem pallide sulphureo desumptum est. — Descriptio sporarum a cl. Meyen et Flotow l. c. data generis *Megalosporae* est omnino infelix. In specimine orig. adsunt sporae biloculares, hyalinae, ambitu ellipsoideae, medio constrictae, rectae v. saepius valde incurvae, circ. 80 μ longae et 35 μ latae. Hypothecium crassum fuscum, tenuissime sectum fuscescens, lamina fulvescens.

53. **Gyrophora papulosa** Ach. ex Mey. et Flot. l. c., e Peruviae monte Pisacoma, nec thallum nec sporas offert *Umbilicariae papulosa*. Est **Gyrophora dichroa** seu *Umbilicaria dichroa* Nyl. Lich. Lechl. n. 1757, in Flora Ratisb. 1855; sed thallus (etiam in meo specim. Lechl.) subitus minime est ater, at obscuratus, in specim. Meyenianis rhizinis strigiformibus ochraceo-fuscis sat copiosis vestitus v. hinc inde iis destitutus, subitus in centro quasi lacero-cavernosus, supra sub lente verruculoso-asper; epithecium fuscum, lamina flavescenti-hyalina, hypothecium cum lamina concolor v. obscuratum; sporae bene evolutae 18—23 μ longae et 10—14 μ latae sunt.

54. **Graphis Sandalon** Mey. et Flot. l. c., e Rio de Janeiro, lirellis ambitu latis, late concavo-apertis et sporis sat amplis parenchymaticis demum fuscescentibus ad **Phaeographinam sculpturatam** var. **pluriferam**, s. **Graphidem sculpturatam** var. **pluriferam** Nyl. in Prodr. Nov. Granat. p. 564 pertinet.

55. **Graphis persicina** Mey. et Flot. l. c. (1843), e Manila, duplex est: 1.^o Lirellae juniores descriptionis, in thallo albo immersae, disco albido - pruinoso et lamina alba, sporis 55—65 μ longis et 10—11 μ latis, 12—17-locularibus, ad **Graphidem leptocarpam** Fée Ess. p. 36 t. 9 fig. 2 (1824) pertinent.

2. Lirellae magis evolutae creditae, emergentes (emerso-sessiles) in thallo paullo crassiore et pallide subolivaceo-virente, disco nigro, madefacto autem rufo-fusco, primum albido-velato, et sporis cum iis **Graphidis scriptae** conformibus, circ. 35 μ longis, circ. 12-locularibus, lamina electrino - rufescente, hypothecio electrino - fulvescente autem species distincta sub nomine **Graphidis persicinae** servanda est et in genere **Graphide**, meo sensu limitato, novam sectionem, **Heterographidem** format, quae omnibus characteribus, excepto disco rufo, cum sect. **Eugraphide** convenit. Lirellarum dimidiatarum margines proprii nigri, non longitrussum sulcati, conniventi-clausi, discus angustus, fusco-rufus. — Haec **Graphis persicina** statu sicco valde **Graphidem leptocarpam** Fée et **Gr. venosam** Eschw. simulat.

56. **Graphis marginata** Mey. et Flot. l. c. (non Raddi), e Rio de Janeiro, nihil est nisi forma thallo ex albido et roseo variegato vulgissimae **Graphidis comma** Nyl., sit **Graphis comma v. rosella** Müll. Arg. quam mihi e vicinitate urbis brasiliensis Apiahay etiam misit cl. Puiggari.

57. **Graphis tenella** Mey. et Flot. l. c., prope Rio de Janeiro lecta, est ipsissima et normalis **Graphis comma** Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 73.

58. **Graphis sclerocarpa** Mey. et Flot. l. c., e Manila (thallo cinereo virente, lirellis 3—5 mm longis, sporis fusiformibus circ. 17-locularibus est **Opegrapha prosodea** Ach. Meth. p. 22.

59. **Leiogramma punctiforme** Mey. et Flot. l. c. (excl. Eschw.), e Rio de Janeiro, est indeterminabilis **Arthonia**. Apothecia rufo-fusca, exigua, suborbicularia, sinuoso-angulosa. Lamina omnino immatura nec sporis nec ascis evolutis praedita est.

60. **Leiogramma obtusatum** Mey. et Flot. l. c., e Rio de Janeiro, intus accurate cum **Phaeographide inusta** (Ach.) Müll. Arg. L. B. n. 459 quadrat, extus autem lirellis exiguis, $1\frac{1}{3}$ — $2\frac{1}{3}$ mm longis, primum suborbicularibus, dein ellipticis, v. ex orbiculari breviter et obtuse paucirameis, oblongis, altero latere aut utrinque rotundato-obtusis, nudis, concavo-planis, sporis fuscescentibus, 19—23 μ longis, 7 μ latis, 6-lo-

cularibus, loculis extremis majoribus distincta est; sit **Phaeographis inusta** var. **obtusata** Müll. Arg.

61. **Glyphis maculans** Mey. l. c., e Rio de Janeiro, est omnino normalis et vulgaris **Glypis cicatricosa** Ach. Syn. p. 107.

62. **Arthonia hepatica** Mey. et Flot. l. c. (1843), e Rio de Janeiro, est omnio, extus intusque, sat vulgaris **Arthonia Antillarum** Nyl. Syn. Lich. Nov. Caled. p. 61, seu *Coniocarpon Antillarum* Fée Ess. Suppl. p. 94 (1837).

63. **Arthonia herpetica** Mey. l. c., e Manila, species distincta est. Apothecia $\frac{1}{5}$ — $\frac{1}{2}$ mm lata, orbicularia, obtuse angulosa, subplana, tenuia, fusca, demum nigricantia; asci cuneato-obovoidei, 8-spori, superne valde pachydermei; sporae tantum 8—10 μ longae, 3— $3\frac{1}{2}$ μ latae, hyalinae, 2-loculares, articulus superior latior et sublongior, inferior interdum iterum transversim 1-septatus. Extus ad minorem *A. Myristicae* Müll. Arg. L. B. n. 305 et ad majorem *A. ephelodem* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 60 accedit.

64. **Ocellularia concolor** Mey. et Flot. l. c., e Manila, est species legitima. Apothecia discreto - subconferta v. in eadem prominentia thalina geminata v. ternata, prominentiae basi late pyramidali-dilatae, osculum integrum acutiusculum, $\frac{2}{10}$ — $\frac{4}{10}$ mm latum, intus anguste nigro-marginatum, sc. margo proprius nigrofuscus apicem verrucae s. prominentiae attingens et ab eo haud solutus; discus planus, depresso, atro-fuscus; lamina praeter basin olivaceam undique hyalina, vulgo magna pro parte abortiva et fusco-nigrata; asci angusti, 8-spori; sporae hyalinae, 19—23 μ longae, 6—7 μ latae, late digitiformes, utrinque obtusae, lentiformi-7-loculares, loculi indivisi. — A proxima *O. cavata* seu *Thelotrema cavato* Ach. differt thallo albido, laevigato et verrucis thallinis basi dilatatis. *O. comparabilis*, s. *Thelotrema comparabile* Krplh. Lich. Glaz. p. 31 jam colore thalli et apotheciis et sporis minoribus differt.

Verrucaria parvinuclea Mey. et Flot. l. c. (1843), e Manila, est *Verrucaria denudata* Nyl. Pyren. p. 49 (1858), s. **Anthracothecium denudatum** Müll. Arg. Lich. Afric. occid. ad n. 52. — Nomen specificum „parvinuclea“ prioritate gaudet, sed tantum ex apotheciorum juvenilium sectione ortum, sc. plantae normaliter evolutae contrarium et dein rejiciendum est.

66. **Verrucaria depressa** Mey. et Flot. l. c. (1843) e Manila, sporis 35—40 μ longis et 10—14 μ latis, fuscis, parenchymaticis, transversim circ. 7-septatis, loculis 2—3-locellatis praedita eadem est ac **Pyrenula libricola** Fée Ess. Suppl. p. 82 (1837), s. **Verrucaria libricola** Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 87. Species late dispersa.

67. **Verrucaria pyrinoica** Mey. et Flot. l. c. (non Ach.), e Manila, videtur **Anthracothecium Thwaitesii** Müll. Arg. Lich. Afr. occid. ad n. 52. sed e speciminulo corrupto (apothecia omnia explorata intus a larvis

destructa) sporae observari nequeunt. Planta caeterum extus cum citato Anthracothecio late distributo convenit.

68. **Verrucaria hymnothora** Mey. et Flot. l. c. (non Ach.) e Manila, est species duplex.

- a. **Pyrenula aspista** Ach. Syn. p. 123, sporis fuscescentibus 4-locularibus 12—15 μ longis et 5—7 μ latis.
- b. **Sagedia consobrina** (*Verrucaria consobrina* Nyl. Exp. Lich. Nov. Caledon. p. 53 et Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 92), sporis hyalinis, 2-locularibus, 20—32 μ longis et 6—12 μ latis, paraphysibus tenellis.

69. **Lepra incana** Wigg., et

70. **Lepra citrina** Schaer., de quibus nihil certi eruendum, facile negligendae sunt.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Jahrbuch des Königlichen botanischen Gartens und des botanischen Museums zu Berlin](#)

Jahr/Year: 1883

Band/Volume: [2](#)

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: [IX. Revisio Lichenum Meyenianorum 308-319](#)